auriculos, at nulli animali auditu est secundus,
imò omnia reliqua animalia in auditu excellit, et
superat, iuxta illud:

Nos Rhus auditu, lynx uisu, Simio gustu,
Vultur adoratu, nos uincit araneo tactu.

an forte quod quasi flabello, aut muscario muscas
aut uiues abigere possit, quatiat diu noctag aures,
depellat auribus muscas dorso aut alijs membris quae
quae capite aut auribus attingere Asinus nequit insidentes,
demus et concedamus Asinum auribus quasi flabello
aut muscario uti posse, an ideo progerendum putemg
reliquis animalibus? non et equos, boues, uaccas
et alia huius generis animalia commodius id agere
uidemus, non auribus tantum, sed et pedibus, et oblonga
syrmatis appendicula, sed stupendum illud, quod in-
bentibus uel tantum dicentibus aliquid Sanctis uiris
Asini obtemperauerint, ut de Diuo Helenoin uitis
Patrum legitur, at cum Sanctos Asinis locutos legimg,
et eos mandatis paruisse, non ita accipiendum est,
quod illis rationis intellectusg usus superuenerit
quia obsecuti sunt, sicut percutiente baculo obsequuntur,
ut eant, operante quandog ipso Deo in illis admiranda,
mihi ergo minimè in his probatur laus Asini, Sanctis enim
et Sanctitati ipsorum adscribuntur, et adscribenda sunt,

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 253v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/253v)